

vuestra nación, en los que la religión católica más brilló en ella.

El que estos justos votos y deseos se cumplan solamente puede concederlo Dios, moderador de todas las cosas, que llama á los que quiere, y á quien le place le hace religioso. Elevad pues á Él con Nos, Venerables Hermanos, y amados hijos, humildes súplicas, para que, movidos por su gracia los corazones, cuantos de vuestro pueblo han ingresado por el bautismo en la sociedad de vida cristiana, y forman secta separada de Nos, vueltos á Nos, colmen nuestros deseos, conociendo lo mismo, teniendo la misma caridad y unánimes sintiendo lo mismo. Pedid para que se acerque al trono de la gracia, la abogada, gloriosa, bendita, santa, siempre Virgen Madre de Dios Maria Madre de Cristo y ofrezca nuestras súplicas á su Hijo y Dios nuestro. Sea con Ella intercesor el ilustre mártir Gregorio Iluminador, para que la obra incoada por él con tantos trabajos é invicta tolerancia de tormentos, el ministro de la divina gracia, la perfeccione y consolide. Por último, pedid también con Nos para que la docilidad de los Armenios y su vuelta á la unidad católica, sea ejemplo é incitamento á los demás que adoran á Cristo, pero están separados de la Iglesia Romana, á fin de que vuelvan á donde salieron y haya un solo rebaño y un solo Pastor.

Y mientras continuamos con estos deseos y esperanzas, os damos, con gran amor, la Bendición Apostólica, presagio de la divina benignidad, á vosotros, Venerables Hermanos, y á todos vosotros, amados hijos.

Dado en Roma, junto á San Pedro, el día 25 de Julio de 1888, undécimo de nuestro Pontificado.

LEON PAPA XIII.



EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Episcopos, clerum et populum Armenii ritus.

LEO PP. XIII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

PATERNÁ caritas, qua partes omnes Dominici gregis complectimur, vi naturaque sua est eiusmodi, ut laeta, tristia, quaecumque uspiam in christiana republica eveniunt, intima Nos perpetuaque communicatione sentiamus. Itaque sicut antea magnus ac diuturnus in animo Nostro insederat dolor, quod quidam ex Armenia gente praesertim in urbe Constantinopoli, sese a fraterno coetu vestro seiunxissent, ita nunc laetitiam capimus singularem ac vehementer optatam, quod dissidium illud, Dei beneficio, auspicio conquieverit. Dum autem resilitam Vobis concordiam pacemque gratulamur, temperare Nobis nequimus, quin Vos hortemur enixe, ut divinae benignitatis tam grande munus custodire sedulo et augere studeatis. Quo autem hoc consequamini, videlicet idem sapere idemque in iis quae ad religionem pertinent, sentire, oportet omnes quidem constanter, ut facitis, in obedientia huic Apostolicae Sedi permanere: vos autem, dilecti filii, Patriarchae vestro, aliisque Antistitibus, qui vobis iure legitimo praesunt, fideliter subesse et obtemperare.— Quoniam vero ad hanc ipsam religionem concordiam labefactandam saepe suboritur occasio cum ex dissensionibus in publicis negotiis tum propter iurgia de privatis rebus, primas illas a vobis arceat fidelis ea, quae spectatissima in vobis est, observantia et animorum subiectio erga supremum Othomani imperii Principem cuius respecta Nobis est aequitas, studium servandae pacis, et egregia in Nos voluntas non ventis testata iudiciis. Iurgia vero ac simultates facile vobis oberunt, si vestris haeserint defixa mentibus, moribusque expressa fuerint quae beatus Paulus gentium Apostolus tradidit de caritate perfecta, quae patiens ac benigna est, non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit

quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum (1). Porro eximia haec et perfecta animorum consensio aliud vobis praestabit bonum, ut per eam augere, quemadmodum diximus, latiusque provehere possitis restitutae concordiae pacisque fructus; oculos enim ad vos animosque convertet ceterorum qui, licet commune vobiscum genus nomenque gentis habeant, adhuc tamen a vobis Nobisque dissident, neque si crisis eius, cui praesumus, Oculis septis includuntur. Si scilicet concordiae et caritatis vestrae intuentes exempla, facile intelligent, Christi spiritum vigere inter vos, quippe unus ille suos ita sibi iungere potest, ut unum corpus efficiant. Utinam illi id agnoscant, et ad eam unitatem redire constituent, unde maiores eorum discerent! Quo facto necesse erit eos incredibili voluptate perfundi, quum senserint sese Nobis vobisque iunctos etiam cum ceteris fidelibus, qui totum diffusum per orbem consenserat catholico nomine: adeoque senserint, se in tabernaculis, manere mysticae Sion, cui datum est nisi ex divinis oculis, ubique terrarum dilatet locum tentorii sui, et palles tabernaculorum suorum extendat.

Ceterum, ut optata haec, reversio coalgat, vestrum est potissimum operam dare, Venerabiles Fratres, qui Armeniis Dioecesisibus praecessis, quibus neque zelum ad cohortandum, neque doctrinam ad persuadendum deferre novimus. Quin etiam Nostro nomine et verbis eos, qui desentiant, per Vos revocari volumus: non enim pudor est, imo vero maximo decet, parentem ab se digressos diuque expectatos liberos revocare domum, imo occurrere et brachia pandere reduces amplexura. Neque fore putamus, ut voces suasionisque vestrae in irritum cadant. Spem enim Nobis facit optati exitus primum amplissima misericordia Dei in omnes gentes effusa, tum ipsius Armenii populi docilitas et ingenium. Quam pronus ad amplectendam veritatem semel agnitam sit, quam paratus ad regressum, si in devia senserit se deflexisse, nullis te-tatum est monumentis historiae. Gloriantur ille vel ipsi, qui sacra a vobis separatim obeunt, Armeniam gentem Christi fidem edoctam fuisse a Gregorio, viro sanctissimo, cui Illuminatori dictum cognomen est, eumque parentem ac patronum obsequio colunt singulari. Huius memorabile et inter eos iter est ad urbem Romam, ut S. Silvestro Romano Pontifici suam probaret fidem, observantiam profiteretur. Fertur imo acceptus ab eo fuisse summa eam benevolentia et quibusdam facultatibus auctus. Eodem fuisse animo, quo Gregorius fuerat, in Apostolicam Sedem complures ex iis, qui posthac Armeniis praefuerunt ecclesiis, compertum est ex eorum epistolis, ex peregrinationibus ad urbem susceptis, imprimis vero et Synodalibus Decretis. Ac sane dignissima memoratu sunt, quae in Sisensi Synodo anno MCCCVII habita Armenii Patres edixere de officio parendi huic Apostolicae Sedi; *Stetit corporis et capiti obedire, ita debet similiter universalis Ecclesiae (quae corpus est Christi) obtemperare ei qui totius Eccl-*

(1) Corinth., XIII, 45.

siae caput a Christi Domino est constitutus. Quae confirmata sunt et enuclestius explicata in Adanensi Concilio anno eiusdem saeculi decimo sexto. Gnarum praeterea Vobis est, ut alia quae minoris sunt missa faciamus, quid gestum fuerit in Synodo Florentina. Quo cum Legati Constantini V Patriarchae accessissent, Eugenium IV decessorem Nostrum uti Christi Vicarium venerati, se venisse dixerunt ad caput, ad pastorem, ad fundamentum Ecclesiae, rogantes ut caput condoleret membris, pastor colligeret gregem, fundamentum Ecclesiam confirmaret (1). Et symbelum suum ac fidem exhibentes rogabant: *si es defectus, doce*. Tum vero edita a Pontifice conciliaris Constitutio *Exaltate Deo*, qua illos docuit quaecumque de doctrina catholica scitu necessaria existimavit. Quam Constitutionem Legati, suo suique Patriarchae totiusque Armeniae gentis nomine, excipere sese amplectique declararunt submisso ac prono adparendum animo, *proflentes tanquam veri obedientiae filii; nomine quo supra, ipsius Sedis Apostolicae ordinationibus et iussionibus fideliter obtemperare*. Propter Azarias, Patriarcha Cypriacae, dotis ad Gregorium XIII decessorem Nostrum, litteris IV idus Aprilis anno MDLXXXV, verissime prescripsit. *Ecce incensum libros maiorum nostrorum de obedientia Catholicorum et Patriarcharum Nostrorum ad Pontificem Romanum, quomodo s. Gregorius Illuminator obedientis fuit s. Silvestro Papae*. Hinc in more fuit Armeniae gentis, missos pro rata ab Apostolica Sede legatos honestissime excipere, eiusque mandata religiosa facessere.

Haec equidem plurimum vultura confidimus, ut plures hactenus a Nobis segregati ad coniunctionem expetendam iudicant animum: si quibus vero cunctandi haerendive causa fuerit metu, ne minus de se sollicitam experturi sint Apostolicam Sedem, minus amanter quam velent excipiuntur a Nobis, hos iubete, Venerabiles Fratres, ad ea referre animum quae gesserunt Romani Pontifices decessores Nostri, qui nunquam passi sunt desiderari ab Armeniis paterna caritatis suae argumenta. Hi nimirum peregrinantes illos ad urbem, vel ad se confugientes benigne semper complexi sunt, imo hospitales domos eis patere voluerunt. Gregorius XIII, ut scitum est, destinaverat animo ephubeum condere Armeniis juvenibus recte instituendis: quod tamen, morte interceptus, cum ille nequivisset efficere, ex parte praestitit Urbanus VIII, quippe qui cum ceteris exteris alumnis, Armenios quoque recepit in Collegium amplissimum ab se excitatum ad propendam fidem. Nos autem, tempore licet iniquo, initum a Gregorio XIII consilium plenus exequi, Deo dante, potuimus, aedesque satis amplas ad S. Nicolai Tolentinatis Armeniis alumnis addiximus, eorumque Collegium rite constitutum. Quae omnia sic acta sunt, ut Armeniae liturgiae et linguae, quam vetustas, elegantia et insignium commendat scriptorum copia, debi-

(1) Labbaci Conc. Collect., suppl. Tom. V. 210.

tus haberetur honor; imo iamdiu tantum ut ex Episcopis ritu vestro Romae perpetuo moraretur unus, cuius esset initiare sacris quotquot ex iis alumnis Dominus in sortem suam vocasset. Ad haec in Urbaniano Collegio schola iampridem Armeniae linguae tradendae instituta fuit, et Pius IX Deceptor Noster curavit, ut in gymnasio Pontificii Seminarii Romani praeceptor esset, a quo nostrates sermone, litteras, historiam Armeniae gentis addicerent. Neque huius Urbis finibus se contiauit Romanorum Pontificum de Armeniis sollicitudo; namque iis nihil fuit antiquius, quam ut Ecclesiam vestram difficultatibus, quibus esset implicita, eximerent, damna sarcirent eidem iniquitate temporum illata, eiusque commodis prospicerent. Obscurum est nemini Benedicti XIV studium, ut sartatactaque servaretur liturgia vestra non secus ac aliarum orientalium Ecclesiarum, atque ut catholicorum Armeniae Patriarcharum successio in Sisensi sede restitueretur. Exploratae vobis curae sunt Leonis XII et Pii VIII eo conversae, ut in Urbe imperii Othomanici principe Armenii praefectum suae gentis haberent in civilibus negotiis, ad instar aliarum nationum, quae in eadem ditone sitae sunt. Recens demum memoria est rerum a Gregorio XVI et Pio IX gestarum, ut episcopales sedes in vestra regione suggerentur, atque ut Armenius Antistes Constantinopoli esset honore et dignitate praestans. Quod primo factum est Archiepiscopali et Primaliali sede ibidem constituta, deinde unione decreta cum Patriarchatu Ciliciae; ea lege ut Patriarchae in ea urbe domicilium esset, quae cepit imperii est. Neve locorum distantia interiecta arcem coniunctionem extenuaret qua Armenios fideles Romanae Ecclesiae devincit, providenter constitutum est, ut Delegatus Apostolicus in eadem urbe esset, qui Romani Pontificis gereret vices. Quae Nobis de gente vestra cura fuerit, vos ipsi testes estis, Nosque vicissim testes sumus voluntatis erga Nos vestrae, cuius significationem non semel accepimus.

Quare cum istinc populi ingenium, mos maiorum, omnis anteaetae setatis memoria Armenios a vobis seiunctos ad hanc veritatis arcem validius trahat quam ut longiori possint distineri mora; hinc vero Apostolica Sedes semper contenderit coniunctissimam sibi habere nationem vestram, ac sicubi defecisset, ad pristinam communionem revocare; sane vobis, Venerabiles Fratres, praegravia suppetunt argumenta ad suadendam et Nobis ad bene sperandum, ut vetus coniunctio plenissime restituatur. Quod utique genti universae bene verlet non modo ad aeternam animarum salutem, sed et ad eam, quae pie optari potest, in terris prosperitatem et decus. Testatur enim historia, inter sacros Armeniae Antistites eos praefuisse ceteris, uti splendida sidera, qui Romanae Ecclesiae adhaeserunt arctius, maximamque fuisse iis saeculis nationis gloriam, quibus in ea catholica religio latissime floruit.

Ut haec iuxta vota et ex sententia cedant unus praestare potest rerum omnium moderator Deus, qui quos dignatur vocat, et quem

cult religiosum facit (1). Ad Eam supplices Nobiscum adhibete preces, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, ut flexamina Eius gratia moti quotquot e gente vestra per baptismum ingressi in christiana vitae societatem seiunctum a Nobis coetum habent, implent ad Nos reversi gaudium Nostrum, idem sapientes, eandem caritatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes (2). Contendite ut suffragatrix adsit apud gratiae thronum gloriosa, benedicta, sancta, semper Virgo Deipara Maria Christi mater et offerat preces nostras Filio suo et Deo nostro (3). Deprecator cum ea adhibeatur martyr illustris Gregorius Illuminator, ut opus ab se aboribus, invictaque cruciatuum perpessione inchoatum, divinae minister opis, perficiat solidetque. Denique et illud, Nostra praecunte prece, deposite ut Armeniorum dōcilitas reditusque ad unitatem catholici exemplo et incitamento sit ceteris, qui Christum quidem colunt, sed a Romana Ecclesia secesserunt, ut illuc redeant unde digressi sunt, fiatque unum ovile et unus Pastor.

Haec dum votis et spe Nostra prosequimur, Apostolicam Benedictionem, divinae benignitatis auspicem Vobis, Venerabiles Fratres vobisque universis dilecti filii, effusa caritate imperitimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXV Julii anno MDCCCLXXXVIII, Pontificatus Nostri undecimo.

LEO PP. XIII.

(1) S. Ambros. in Luc. c. IV.—(2) Philip. II. 2.—(3) Antiph. Liturg. Arm.

